



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXV. Exigere. Defendere pro arcêre. Auêre. In Martiali versus aliquot
emaculati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Milite, Scæna Nisi hercle defregeritis.

Euge euge eufchemè mehercule astitit dulce & comædicè
Mirum est tamen, neminem monuisse reponendum
heic; *dulicè & comædicè*. De seruo enim sermo
quem aut personam suam præclarè agere, & statim
in comædia seruilem egregiè representare. Equi-
cile fuerat maculam tollere è Sticho, Scæna Ag-
ite foras.

*Nosmet inter nos ministremus Monotrophe. hoc con-
uiuium est.*

Nam vera scriptura est, nisi admodum animi fallat
N. i. n. ministremus. monotrophe hoc conuiuium est.
Iulit ad morem Scænicum, quo in orbem ibat ca-
tio à strophis ad antistrophas: ita enim in conuiuium
poculum à conjuratoribus porrigitur pocillatorem. Et
hi ipsi sibi ministrabant, sine puerorum opera: quod
monotrophe illud suum symposiũ urbanè vocant.

CAPVT XXV.

*Exigere. Defendere pro arcère. Auère. In Martialis vultu
aliquot emaculati.*

MARTIALIS libro VII. epigramma xxv.
ita concludit:

*Sic fora mirentur, sic te pallatia laudent,
Excolat & geminas plurima palma fores;
Otia dum medius præstat tibi parua December
Exigis & certis quos legis aure iocos.
Scire libet verum; res est hæc ardua: sed tu
Quod tibi vis dici dicere, Fusce, potes.*

Rogat scilicet Fuscum sales suos vt cognoscat, &
quid sui de iis iudicij sit, indicet: & cupere se que-
dem verum sibi dici, si tamen id spissius futurum sit.

esse cum gratiam, quam ponat in orationibus Fusci
 audandis, sibi referre; vt fiat, quod dicitur, mutuum
 muli. Hæc sententia quo minus in ipsis versibus li-
 quida & clara sit leue mendum facit, versu quarto:
 quod è fide vetusti codicis ita corrigo, *Exige, sed certa.*
 Etigere huic poëtae accuratè perpendere & exami-
 nare est; vnde exacta, limata, &, vt cum Plauto lo-
 quar, amussitata. Suprà libro I III.

Non tetrica nugas exigit aure meas. Item v i.

Dum nostras legis exigisque nugas.

Epigr. x x x v. eiusdem libri:

Cùm pluias madidumque Iouem perferre tegaret,

Et rudis hibernis villa nataret aquis,

Plurima qua posset subitos effundere nimbos

Muneribus venit tegula missa tuis

Horridus ecce sonat Borea stridore december:

Stella, tegis villam; non tegis agricolam.

effundere nimbos, nescio an dixerit poëta; hæc quidem
 in significatione. certè multò aptius huic loco quòd
 mihi in mentem venit, & fortassean Martialis scri-
 bit, *defendere nimbos.* Notum est, id verbum pro ar-
 cere & repellere poni solère. M. Tullius pro Roscio
 Amer. *iniuriam nouo scelere constatam putant oportere de-
 fendi.* Cæsar primo belli Gallici: *Quod bellum non in-
 tulerit, sed defenderit.*

Epigr. l x x x. libri x.

Plorat Eros, quoties maculose pocula myrrha

Inspicit, aut pueros, nobiliusue iuenum:

Et gemitus imo ducit de pectore, quòd non

Tota miser coëmat septa feratque domum.

Quam multi faciunt quod Eros, sed lumine sicco?

Pars maior lacrimas ridet & intus habet.

*Labor vt emendem, & intus hauet. Plerosque, ait, non
 absti-*

peti-
 tionas

abstinenter esse Erote, sed prudentiores. idcirco
lam reprehendere cupiditatem tam apertam, cum
& quod aiunt, in pectore eadem illa requirere & con-
siderare. Auere εὐεργητικῶς, pro cupere; unde auarus
& auarus. Sic Lucilius apud Nonium:

Gocus non curat eodam insignem esse, dum pinguis sit.

Sic animum amici quarunt, parasiti diuitias auent.

Neque tamen inficior posse ex publicata etiam
ctione sententiam non incommodam elici; ut
poeta dicat, plerosque lacrimas ridere quidem
easdem tamen in pectore habere: verum quod
stam illud argutius videbatur hominibus eruditis
considerandum proponere volui, si forte quibusdam
non omnino displicuisset.

FINIS.

Ant. Mu
varia Lec
LIII
25

ANTVERPIÆ EXCVDEBAT CHAL-
STOPHORVS PLANTINVS, AR-
CHITVPOGRAPHVS, CIO. IO.
IXXXII. KAL. FEBVARIIL.

reti-
tiones